GVILIELMI DYEMENI, I. V. D.
CÆSAREI REGIIQUE, &c.

AD

REGULAS JURIS ROMANORVM ANTIQUI NOTÆ

AB

ARNOLDO DYEMENO, G.F.
in lucem editæ.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

LVGD. BATAV.
Sumptibus JOHANNIS & DANIELIS ELSEVIER, Acad. Typograph.
CIↃ IↃC LIV.

Reverendo, Nobili ac Clariſſimo Domino,

JOANNI à RENESSE,

Inſignis Eccleſiæ Divi Joannis apud Ultrajectinos Decano, quinque Eccleſiarum ſeniori Canonico Perſonæ Perſonatus Goedelandiæ, Officiali Trajectenſi, & Vicario generali Archidiaconatus S. Joannis, Domino ac Amico ſuo plurimum colendo:

PLurimi, Reverende ac nobilis Domine, plurimas cauſas, cur libros, vel à ſe, vel ab aliis ſcriptos, in publicum proferant, tædioſe plerunque congerere conſueverunt. Duas ego pauciſſimis attingam: amorem in patrem defunctum, & rei præſentis utilitatem. Sexennium jam eſt, quum Tractatum de formulis quibuſdam copulatis & diſiunctis ad Salvii Juliani nobiliſſimi locum ex libro ejus ſingulari de Ambiguitatibus à patre meo felicis memoriæ compoſitum emiſi. Quem præmittere viſum tum fuit, ut ex eo quaſi unguibus leonem Lector poſſit cognoſcere, & ego, quo applauſu exciperetur, intelligere. Quumque deinceps animadverterem, maximo: nolui committere, ut patris mei memoria apud poſteros elangueſceret, ſed omnem operam mihi adhibendam eſſe judicavi, ut ea

 magis

GVILIELMI DYEMENI
I. V. D. &c. CLARISS.
Belgarum Iuriſconſulti, &c.
AD TIT. PAND.
DE DIVERSIS REGVLIS IVRIS ANTIQVI
NOTÆ.

IN PROOEMIVM
SVMMA.

1. *Imperitorum mos, omnia confundere.*
2. *Vtrū omnes antiqui Iuris Regulæ hoc Tit. referātur.*
3. *An omnes temporales præſcriptiones ſub Tit. de diverſ. temp. præſcr. exponantur.*
4. *Regulæ iſtæ ad Ius tantùm civile Rom. pertinent: & num. 6.*
5. REGVLÆ *verbi ſignificatio, vis & polyonymia.*
6. *Regula omnis an Lex, et cujuſmodi.*
7. *Lex æterna unde peti debeat.*
8. *Ius humanum divino contrarium, juris nomē amittit.*

CONSTANTINOPOLITANI] harum 1
Pandectarum compoſitores in hunc locum congeſsêre diverſas quaſdam Regulas Iuris Romanorum antiqui, quas tamen ſparſim per univerſum

 Pan-